



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Iubilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Quæst. I. Quid potissimum conferat Annus Jubilæus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

V. Ante tales impediti à persicione
do itinere, obtinerent non solum Indulgentiam Jubilæam, sed etiam alios
favores, si qui sint in Anno Sancto ?
Censet obtenturos Gobat n. 22. Quia
Pontifex pronuntiat se cupere tali-
bus favere, quantum potest; & facit eos
Indulgentiae particeps perinde ac si ipsas
Basilicas Romanas reipsâ visitassent. Sed
de hoc Sect. seq.

SECTIO III.

DE FAVORIBUS ANNI JUBILÆI.

QUÆST. I. Quid potissimum conferat
Annus Jubilæus ?

RESP. Plenissimam omnium peccato-
rum Indulgentiam, remissionem, ac ve-
niam. De qua notat Gobat n. 12. ex
Benzonio, quod ea reliquas Indul-
gentias certitudine, efficacitate, am-
plitudine, dignitate, fructu, superet,
consideratâ videlicet cum suis causis,
& effectibus accidentariis, ut obser-
vat idem Gobat n. 294. De quo vi-
deri

S. 3. De favoribus Anni Jubilæi. 81
deri etiam potest Lorichius verbo
Jubilæus Annus n. 6. 7. & 14. Vide &
quæ dicimus P. 3. Sect. 14. q. 2. &
seqq.

Quare Bonifacius VIII. in suâ Extravag. Antiquorum , quâ indicebat Annum Jubilæum, ait se non solum plenam, & largiorem , imò & plenissimam concedere veniam peccatorum. Interpretatus est autem Pontifex (ut Joannes Monachus Cardinalis qui aderat præsens, refert in Glossâ istius Bullæ) in Consistorio , hanc Indulgentiam adeò plenam , prout Clavium potestas se extendit.

Q. 2. An conferatur potestas absolvendi à censuris & casibus reservatis, & commutandi vota?

R. 1. Videtur probabile, siisse saltem ante Innocentium X. concessam istam potestatem, tum ex definitione Jubilæi allatâ P. 1. Sect. 1. q. 2. satis communiter receptâ: tum quod paulò autè nominatus Glossator Bullæ Bonifacii VIII. de Anno Jubilæo centesimo, clarè supponat datam potesta-

D 5 tem